



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Cicilia, & Cingula. 23

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

VBALDINI. 53

XXIII. Cilicia & Cing. la.

Nihilo minor ceteris in reb⁹,
quàm in ieiunijs, rigor te-
nuit; cuius ipse neque somnum
adeò passus est esse immunem.
Ter hebdomade quavis, super
duros rudésque asseres insuevit
acquiescere; reliquis noctibus,
informes ligni stipites, aut libros
grandiusculos, capiti puluinum
substernebat; eo quidem positus;
vt incumbenti, haud multò plus
quietis, quàm doloris gignere-
tur. Latera nuda setosis funibus
constringere iam ludus erat, nisi
aculeis etiam ferratis, & ahenis
muricibus asperarentur. Et istis
quidem tunc impensius sæuie-
bat, cum aut foras ambulandum
feriat's diebus aut lautioribus
accumbendum epulis, præuide-
ret. Ea nimirum tempora, quòd

C ; / infi-

infidijs essent opportuna, arctioribus censuit excubijs munienda. Intumuerant ex casu genua, lectoq; affixum retinebant; Nihilominus vt primum excipere se pedibus valuit, (quanquam neque tumor adhuc, nec dolor resedisset) per sublimium scalarum difficiles gradus, reptando genibus, sæpè enitebatur; eo solum, vt à quæsitis cruciatibus corpus nunquã integrè vacaret.

XXIV. Flagella.

CÆterum si vsquam alibi seuerus, certè in voluntaria sui verberatione cum primis fuit; qua noctibus alternis, donec vltima ægritudo obnuntiaret, corpus omne lacerare perseverauit; vsus eam ad rem (quod supra ostensum) aut nodosis funibus, quos prius intextis radijs, ha-

han
gen
dol
ber
lan
ple
qua
pro
res
fur
fan
vul
gn
fec
dul
pri
pro
ni
nu
fuj
po
his

ha-